

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.D. & Professor. Ad Exequias Quas Infanti Mellitissimo Joachimo Lutkemann, Parentes moestissimi ... paratas expetunt. Omnes Academiae Cives officiose ac peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773011838>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA

QUO

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS RAHNE,

J. D. & Professor.

ADEXEQVIAS

Quas

INFANTI MELLITISSIMO

JOACHIMO  
LUTKEMANN,

*Parentes mœstissimi ad hodiernam mediam primam,  
in templo Jacobæ paratas expetunt.*

Omnes Academiæ Cives officiosè ac per-  
amanter invitatur.




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLIII.



511  
FP Lütke mann, Jacob 1643



Igna non medio-  
cri laude Thra-  
ciæ gentis con-  
suetudo, quæ fu-  
neralia munera,  
non inani lessio  
vel lachrymis molli-  
bus exequi, sed  
solenni voce ac  
secundis plausibus  
congratulari solita  
fuerat illis, qui-  
bus superato hoc  
mundanarum  
miseriarum turbu-  
lento æquore,  
tandem mortalitatem  
feliciter  
complevere licuerat.  
Et jure meri-  
tò. Velut enim  
viator lassus, fel-  
icem se autumat  
si avitū eò citius  
intuetur solum;  
& velut nauta,  
nihil fortunatius  
censet, quam si  
por-

portum speratum vento ocioꝛe ca-  
pessit Sic illa Gens ad summum  
prosperitatis fastigium eos deve-  
nisse arbitrata fuerat, quibus le-  
gem mortalitatis absolvere, & ce-  
lerrimo cursu veræ illius beatitatis  
portū attingere contigerat. Quid  
jam dicemus de hoc mellitissimo  
Infātulo JOACHIMO LUTKEMANN,  
qui Rostochii Anno 1642. deci-  
mo septimo die Januarii, ipso die  
Antonii paulò post decimam me-  
ridianam exordium nativitatis  
suæ, Honestissimis Clarissimis Pa-  
rētibus est auspicatus. Patre videli-  
cet JOACHIMO LUTKEMANNO  
Archidiacono Iacobæo dignissimo  
viro eruditionis ac pietatis eximiæ,  
de Ecclesiâ, S. jam præclarè merito.  
Matre Nobilissimi Stemmatissimæ Me-  
gapoli-

AMMA

A 2

gapoli-

gapolitani, & foeminei sexus de-  
core DOROTHEA LEVETZOWN.  
Avo paterno SAMUELE LUTKE-  
MANNO Pharmacopæo Demmi-  
nense in Pomeraniâ integerrimo,  
Viro pijssimo, literarum & litera-  
torum ac inprimis Reverendi Mi-  
nisterij fautore eximio; qui quon-  
dam Colbergæ in Pomeraniâ, huic  
communi luci donatus, maternum  
sanguinem ex celeberrimâ ibidem  
& vetustissimâ familiâ **der Engel-  
brecht** traxerat. Avia Paternâ CA-  
THARINA **Zanders** / matronâ ho-  
nestis & piis parentibus Demmini  
progenitâ; nimirum DETHLAO  
ZANDERO, Viro docto, & Cive  
ibidem primario, maternum ge-  
nus ex prænominatâ Colbergensi  
familiâ **der Engelbrecht** / ducente: &  
ANNA

ANNAMARTENS muliebrib<sup>9</sup> vir-  
tutibus conspicua. Avo materno  
Viro nobilissimo & Strenuo JOA-  
CHIMO Sevegow / Hæreditario in  
Kinstorp; atque per hunc proavo  
MAURITIO Sevegow / Hæredita-  
rio in Lunaw / proaviâ DOROTHEA  
Seistens. Aviâ maternâ ANNA  
Speckins / atq; per hanc proavô  
NICOLAO Speckin / Hæreditario  
in Kemmerich / proaviâ Seveke von  
Bulow. Quid jam inquam dicem<sup>9</sup>  
de hoc suavissimo & sane jucūdis-  
simo infantulo? quē prædicto Anno  
1642. natum, mox per baptismum  
Jesu Christo insertum, & summa  
integritatis pietatisq; indicia o-  
stendentem, sæva mors præterito  
die 24. Julii propero ictu è nume-  
ro viventium sustulit; non secus ac  
lasciva viatoris prætereūtis man<sup>9</sup>

imaturapomā carperē consuevit.

Felix est neque ullo luctu prosequendus, qui tenellis pedibus, & lubricis poplitum internodiis quamvis nondum satis solidatis, ad cœlestem illam Vitam, vitā nullo felicitatis termino circumscriptam prope-  
ravit; Felicior illis ipsis qui per multos annos inter tot ærumnas inter tot pericula humanum cursum currunt; Felicissimus sanē qui miser esse desit, dum vix esse incepit, qui tam citò cœlo redonatus est, cujusquē partem nobiliorem tam citò sacrat immortalitas; licet caducam, renellum nempe corpusculum, summō dolore ex difficili-  
ciori dentitione, in dentium (ut vocant) molarium eruptione, maceratum, ac tandem diarrhæā lumbricisq; debilitatum, tam subito crudele & atrox mortis efferæ telum humi straverit. Perpendit id ipsum piē ac diligenter Clarissimus Vir. D. M. JOACHIMUS LUTKEMANN, &c: filioli suavissimi parens, & illustri documento indolem magnanimæ virtutis ac constantiæ expromens, non solum se in obitu filioli his Regis Davidis verbis erigit. *Ipse non est reversurus ad me, at ego sum abiturus paulò post ad ipsum;* verum etiam

etiam seriâ gratulatione donat infantulum,  
quod ad tam fidam stationem appulerit,  
qui vix in hoc periculoso mundi mari na-  
vigare incœpit; quod devicto hoste tam a-  
troce, victoriâ adeò gloriosâ potitus sit,  
qui nondum fortiter militare didicit;  
quod relictâ terra cœlum pro domicilio  
nanciscatur, qui vix per annum in illâ fuit  
peregrinatus.

Hujus exanime corpusculum cum ho-  
die ad horam primam efferri ad tumulum  
in Templo Jacobæo paratum debeat, ut in  
eo exspectet resurrectionē; post quam æ-  
ternus æterni DEI filius veniens, jura fato-  
rum daturus est vivis & mortuis. Vos Ci-  
ves Academiæ officiose & amanter invito,  
ut illud comitari, ac supremum ei humani-  
tatis officium, præsentis ac frequenti co-  
mitatu exhibere velitis. Date hoc ejus  
præclarissimis & nobilissimis Parentibus,  
& cum tristem hunc casum lugere quidem  
licet, emendare aut tollere non licet, con-  
vertite animos ad cœlum, atque inde ma-  
lis omnibus salutare remedium exposcite;  
obsecrantes illum, qui solus arbiter a sum-

mo



mo æthere spectat & ordinat universum  
orbem, ut infantuli defuncti parentes effi-  
caci consolatione erigere, medicinam ac  
levamentum hujus ægritudinis largiri ve-  
lit; à cœlo verò ac capite afflictissimæ  
Germaniæ furibundam Bellonam in Me-  
dos, in extremos Garamantas, eosq; qui in  
nomen CHRISTI JESU internecino odio  
jurarunt, avertere dignetur. P.P. Ro-  
stochij sub. Sigillo Universitatis die  
27. Julij Anno 1643.

*Conventus fiet hodie horâ mediâ primâ  
in Templo Jacobro.*



ANNAMARTENS mulie  
tutibus conspicua. Avo  
Viro nobilissimo & Stre  
CHIMO Sevesow / Hæred  
Kinstorp; atque per hun  
MAURITIO Sevesow / Hæ  
rio in Lunaw / proaviâ DO  
Seistens. Avia matern  
Speckins / atq; per han  
NICOLAO Speckin / Hæ  
in Kemmerich / proaviâ S  
Bulow. Quid jam in quar  
de hoc suavissimo & sane  
mo infantulo: quē prædic  
1642. natum, mox per baj  
Jesu Christo insertum, &  
integritatis pietatisq; in  
stendentem, sæva mors p  
die 24. Iulii propero ictu  
ro viventium sustulit; no  
lasciva viatoris prætereū

F 2

